fecit sibi ḡ imputet. quia adh̄

indebite se posuit cum peri  
culo alterius. Item nota fm̄  
Petrum q̄ ex iniurijs illatis  
q̄buscunq̄ modis solent tria  
oriri per ordinem in lesio Pri  
mū est rancor in affectu. Se  
cūdū ē signū rācoris in effec  
tu. Tertū est actio p̄ iniuriā  
tem. Primū scz rancorē statz  
debet dimittere iniurianti. i.  
nūq̄ habere. Scd̄z debz di  
mittere cum iniurians petit  
veniam. z ista dimissio exeri  
or non est aliud q̄ acceptatiō  
q̄dam satisfactionis. vt in di  
catio reconciliationis verbo  
vel facto expressa. vt cum of  
fensus offendētē eleuat genu  
flexū añ eū. vel cuz dicit. dñs  
p̄cat vobis. z hmōi. Tertuz  
aūt. s. actionē de iniuria nō te  
net dimittere. nisi facta satisfi  
catione. Sed aduertēdū ē cir  
ca signa rancoris q̄ q̄dam se  
remota. q̄dam pp̄inqua q̄ in  
gerunt pbabilem suspicionē  
de rancore. vt cū aliq̄s nūq̄  
vult iniurianti loqui. vel ob  
uiās ei diuertit ab eo. aut too  
uo vultu semp̄ aspicit eum. z  
hmōi. Et ista siḡ nulli lz reti  
nere nec añ nec post satisfi  
onē sibi factam. quia ab om  
ni specie mali abstinendum  
est scdm̄ apostolum. Unda

talis nō d̄z talia signa facere  
 p̄ q̄ credat̄ pbabilr̄ eē in odio  
**S**igna fō remora sunt que  
 nō ingerūt de odio argumē-  
 tū. l̄z odiū seq̄ret̄. vt sūt s̄bra-  
 ctio familiaritatis. z seruitio  
 rū aliq̄rū z filia. z illa l̄z reti-  
 nere oibz. siue post satisfactio-  
 nez siue ante. dūmō non fiat  
 malo aīo. s̄z p̄ maiori sui z al-  
 teri pace. nō aut̄ tenet̄ iniuri-  
 atus q̄rere pacē vel recōcilia-  
 tionem iniuriantis ip̄o nō pe-  
 nitēre. nisi in casu. s̄. cū crede-  
 ret pbabilr̄ q̄ pp̄t̄ h̄ liberar̄z  
 aīam ei⁹ a mortali odio. z nō  
 esset occasio mali. puta qz ex  
 hoc iniuriās sup̄biret̄ v̄l au-  
 daciā sumeret̄ s̄ilia faciēdi v̄l  
 oīderet̄ ex h̄ iniuriatū offen-  
 disse. z h̄mōi **H**ec oīa **H**um-  
 bertus ī expositiōe reḡle. De  
 bet aut̄ fieri satisfactio vel re-  
 stitutio fame q̄z citi⁹ p̄t̄ et ad-  
 est oportunitas sine alijs picul̄  
**D**e quarta d̄anificatiōe. s̄. re-  
 rū exterior̄z notandū p̄mo q̄  
 restituen̄da ē res rapta vel fu-  
 raria l̄ alio mō vsurpatue ha-  
 bita in p̄pa specie. imo in in-  
 diuiduo si ip̄a habet̄. n̄ p̄t̄  
 dari alia p̄ ea eiusdē bonitat̄  
 nisi forte pecunia cū volūta-  
 tedn̄i ip̄i rei. iij. q̄. i. c. re inte-  
 grāda sunt oīa spoliatis. z h̄

vez nisi in casu cū vsurpatio  
 rei aliene esset oeculta. z ex re/  
 stitutiōe eius in sua sp̄e dete-  
 gere raptor. vel aliud incon-  
 ueniēs seq̄ret̄. tūc em̄ suffice-  
 ret dare p̄ciū eius. **S**ecōdo no-  
 tandū q̄ si ip̄a res male abla-  
 ta p̄st̄ morte. vt aīal. l̄ sibi au-  
 fert̄. nihilominus restituere  
 tenet̄ fm̄ Ray. z alios. **S**i aut̄  
 deteriorata est in bonitate. v̄l  
 dimiuta in p̄cio supplenduz  
 est p̄ciū. qz debet restitui etus-  
 dem bonitatis fm̄ Ray. naz  
 si equus vel bos ablati⁹ est  
 penes raptozem debilitatus  
 ita vt estimet̄ q̄nqz florenorū.  
 q̄ plus valebat decem restitu-  
 et decem non q̄nqz. **S**imilit̄  
 si furatus est sextarium frum̄  
 ti valentem tunc solid. xl. cū  
 fō restituit̄ valet. xx. duo sex-  
 taria tenet̄ reddere vel. xl. soli-  
 dos. nec sufficeret reddere sex-  
 tariū fm̄ Ray. et alios. imo si  
 illo intermedio. s̄. inter vsur-  
 pationem z restitutiōez plus  
 valuit q̄ tpe vsurpatōnis illi  
 pluri p̄cio restituet̄ fm̄ aliq̄s  
**T**enet̄ etiā raptor post resti-  
 tutiōem damni petere remis-  
 sioōe de iniuria. saltem p̄ int̄/  
 positam p̄sonam. vel p̄ se ex-  
 p̄sso noīe furis. v̄l tacito fm̄  
 q̄ q̄litas negocij req̄rit̄. s̄. si est



## De restitutōe liber tertius

manifestū v' occultū. ¶ Ter-  
tio nota si ē res fructificās te-  
ne restituerē rem cū oib' fru-  
ctib' inde pceptis. 7 q' p'cipi  
potuissent a diligēti possesso-  
re. puta vsurpauit agrū alte-  
rius. ex q' nō p'cipit de fructi-  
bus nisi. xx. sectaria frumen-  
ti. qz male fecit cultiuare vbi  
xxx. percepisset diligens cul-  
tiuatoz annuatim. talis resti-  
tuere tenebitur nō solū. xx. p/  
cepta. l. xxx. Sicut si equum  
furatus ē cū q' lucrat' ē men-  
suatim florenū vnū vbi dñs  
lucratu' fuisset vnū cū dimi-  
dio tenebit' restiturre ad rōnē  
vni' floreni cū dimidio p mē-  
sem. 7 intelligit' h' deductis ex-  
pensis factis in vtilitatem et  
cōseruatidē ipi' rei necessa-  
rijs. nō tñ supfluis 7 expēsis  
factis g'ra colligēdoz fructu-  
um. h' mōi em' deducunt' tam-  
a male fidei q' a bōe fidei pos-  
sessore. Ray. 7 Tho. Dāna ē  
q' passus ē dñs ex carentia rei  
sue tene' satisfacere. extra d' i/  
tur. 7 dā. da. c. si culpa. Tho.  
7 Raym. ¶ Quarto nota q' si  
plures concurrerent ad furtuz.  
vel ad damnū aliq' faciēdū  
ita q' vn' non faceret sine alte-  
ro. q'libet tene' insolidū. i. ad  
totū dānū restituēduz quous

q' sit illi satisfactū integre. Il-  
lo aut' restaurato per vnū illo-  
rū tene' postea q'libet eorum  
p' pte sua satisfacere ei q' totū  
restituētm Tho. Ray. In-  
no. Hostiē. 7 Alber. extra de  
homi. c. sicut dignū. pura cū  
duo vel plures vadūt ad fu-  
randum aliq' d. ita q' vnus nō  
iret vel faceret sine altero. seu  
cū mlti stipendiarij bellāt iū-  
ste. ita q' vn' nō faceret sine al-  
tero. p'cipue in pncipalibus.  
¶ Vlti' p'siliū p'stat ad faciēdū  
extorsiones vel expoliādū in-  
iuste aliquē ciuē. ita q' sine as-  
sensu eoz non potuisset fieri.  
oēs tene' insolidū. De h' tñ  
plene habes i. ij. pte sū. tit. i. c.  
ij. ¶ Quinto nota q' cū duo/  
bus v' plurib' existentib' he-  
redib' vsurarij vel raptorz si  
alter fact' ē nō solūdo. si vn' ē  
tene' insolidū. si plures sūt q'  
libet tene' p' pte sua ad resti-  
tuēdū q' vsurarie 7 vsurpati-  
ue sunt accepta ab illo. s. vsq'  
ad q'ntitatē q' puenit ad illos  
de hereditate. nam oēs res  
hereditarie obligate sunt. ex-  
tra de vsu. Lōcor. Host. bēf.  
Bof. Jo. an. Ad vlti' aut' q'  
p'cepit de hereditate p'dicti/  
surarij v' raptorz nō tene' q'  
uis nō cōt' p' illa satisfactū in to

tū creditoribz vsuraz l' rapie.  
**S**exto nota q' recipiēs a re  
 ligioso 3 voluntatē supiorz sui  
 tenet illud restituere nisi in ex  
 tremā necessitate illd' accepit  
 ar. xij. q. i. c. nō dicatis. 2 reci  
 piens ab ipso prelato religio/  
 so sine cā rōnabili. sed ex pen/  
 tela vel turpitudine tenet ad  
 restitutiōem monasterio. **Fi**  
 lia religiosi etiam abbatis do  
 rata notabilr de bonis mōa/  
 sterij tenet restituere dotes. et  
 vir eius etiam si scit hoc. nisi  
 p' modū elemosyne modera/  
 tedotasset. **S**ed querit' ut  
 omne lucrū qd' q's fecit ex re  
 rapta furata vel p' sen' acq'si  
 ta teneat restituere vel paupi  
 bus erogare. **A**d h' rñdet per  
 distinctōz. aut em̄ tal' res ē ex  
 se fructificans que etiā sui v/  
 su non psumit nec distrabit.  
 vt ager. vinea. plante. pratū.  
 domus. iumentū. 2 hmōi. et  
 de hmōi re d'z restitui omne  
 lucrū inde pceptū s'm Tho.  
 2 oēs alios. Aut talis res nō  
 est ex se fructificans 2 eius v/  
 sus ē psumptio vt granuz vi  
 nū oleuz. 2 hmōi. aut distrac  
 tio. vt pecunia et metalla. Et  
 circa hmōi res est triplex mo  
 dus dicendi. Nam qdam dī/  
 cūt q' omne lucrū inde pcep/

tum debet restitui vel paup/  
 bus erogari. q' radice infecta  
 nullus bon' fruct' sed q' pōt vt  
 d'z. i. q. i. c. fert. Cum g' radix  
 illius lucri sit vsura vel rapia  
 videt' q' fruct' vel lucrū exi/  
 de sit infectū 2 obnoxii resti/  
 tutiōi vel erogationi. **A**lii dī  
 cūt q' pecuniā raptam l' sene  
 brē teneat indubie restituere.  
 ac etiā dāna q' passus est is q'  
 soluit vsurā ex carentia ipius  
 pecunie solute. puta q' optu/  
 it eum accipere ad vsuram p'  
 suis necessitatibz. vel vende/  
 re res suas multo minori pre  
 cio q' valerent. **L**ucrum ta  
 men perceptuz ex pecunia fe/  
 nebrī per licita negocia non  
 tenetur restituere vel erogare  
 pauperibus. 2 h' tenet Tho.  
 scda sede. q. lxxviii. 2 Richar.  
 et Pet. de pal. in. iiii. **J**ohā.  
 an. 2 Johan. calderi. 2 Alb. i  
 ca. si. de vsuris. **E**t ad ratioez  
 alioz dici potest q' radix iusti  
 lucri non est rapina vel senus  
 sed industria videntis ea. ex se  
 enim illa pecunia nihil lucri  
 attulisset. 2 sic non est radix i  
 secta. quia industria de se est  
 bona. **S**ed si illa pecu/  
 nia male acquisita vsus fuis/  
 set in fraudibus similiter 2 in  
 p 2

## De restitutōe liber tertius

alijs illicitis acq̄sitiōibz. tūc ra  
dice infecta teneret. Alij dicūt  
vt Lau. de ridol. in supradiv  
cto tractatu d̄ vsu. q̄ lucrū ex  
tali pecunia q̄ situz tripharie  
diuidet. z vnā q̄dem ptez ha  
bebit vsurari. ipe vicz tātuz  
q̄stū debet expense labori z i  
ndustrie. qd̄ boni viri dirimef  
arbitrio. pteqz aliam restituēt  
creditori suo. q̄. s. sibi dedit v/  
suras. habito respectu ad dā  
nū qd̄ ille sustinuit in bonis  
ex carentia illius pecunie. vt  
dicūt Tho. z sequaces. Resi  
duū tanq̄ incertū dabit pau  
peribz. Qd̄ sic pbat. penes v/  
surariū nō d̄z remanere. ne. s.  
ex hoc paref via vsuris z iui  
tent hoīes ad peccandū. nec  
d̄z creditori restituī. qz tūc re  
cipiet vsuras de sorte sua. er  
go paupibus est eroganduz.  
Quia regula ē. q̄ qm̄ aliqd̄ ē  
erogandū z nō apparet cui. il  
lud ē paupibz dandū. ar. xiiij  
q. v. c. Non sane. Ray. etiam  
psuluit q̄ p̄ restōnē solū vsu  
re recepte petat vsurari. ab  
solutiōez ab eo si alijs teneret  
ad cautelā. Dagne eq̄tativi  
def inniti ista vltia opinio. et  
tūc sufficere videt absolutio  
q̄ d̄z ab tō Tho. cū alijs ī sua  
opinioe. Itē q̄rit vtrū mā

festo vsurario p̄stante cautōz  
de vsuris restituendis. si ad p̄  
ces eius aliquis fideiubeat p  
eo. teneatur ipe fideiussoz cre  
ditoribus vsurarum. vel ep̄o  
vel pauperibus ad restitutio  
nem omnium vsurariū extor  
taz certarū z incertaz. Ad q̄  
rūdet Laurē. vbi sup̄ dicens  
q̄ Lap. cū plibz alijs docto  
ribz determinauit talē fideius/  
sozē nō teneri vltra vires he  
reditatē p̄ncipalē. etiā si se p̄  
ncipalez p̄stituisset. Et addit.  
hāc etiā questionem disputa  
uit Paulus de leaza. z deter  
minauit q̄ nō obligat fideiussoz  
vltra facultates vsurariū ha  
bito respectu ad tps cautōis  
qz si tpe cautōis p̄ncipalē e/  
rat soluendo. dato etiā q̄ fa  
cultates sint postea exhauste  
nō restitutōe vsuraz nec eris  
alieni. s̄z p̄ alios modos fide/  
iussoz remanebit ad oīa obli  
gat. s̄z em̄ exceptio inopie p̄  
sit p̄ncipalē. non tñ fideiusso  
ri. sed si tempore p̄ncipalis  
cautionis non erat soluendo  
non tenetur vltra vires prin  
cipalis. Idem tamen Pau  
lus distinguit inter fideiubē  
tem pro cautōe. z se obligan  
tem ad restitutionem vsura  
rum ex alia causa. In primo

enim casu nō tenet fideiussoz  
 vltra vires. qz n̄ vltra vires  
 restituere v̄l cauere tenebatur  
 p̄ncipal̄ In lēdo cāu sec̄. qz  
 p̄ncipalis est obligat̄ in soli/  
 dum licet habeat exceptiōes  
 iōpie vel s̄ile. que exceptio vt  
 pote p̄sonalis non dirigit ad  
 fideiussozem. Item nota s̄m  
 Richar. in. iij. dis. xv. q̄ d̄ā  
 nificat aliquē iniuste in sua li/  
 bertate scz iniuste pcurādo eū  
 redigi in seruitutē. tenet se fa/  
 cere seruū p̄eo. si nō p̄t eum  
 alit̄ restituere libertati. nisi for/  
 te talis esset conditio p̄sone q̄  
 hoc damnū intulit qd̄ nota/  
 bilit̄ redundaret in p̄iudiciū  
 boni p̄munis. in q̄ casu non  
 tenet se facere seruū. sed tenet  
 ad omne aliud interesse ad ar/  
 bitriū boni viri. Quantūcū/  
 q̄ d̄s dānificaret aliquem in  
 alijs possessionibz nunq̄s te/  
 net̄ p̄ restitutione se facere ser/  
 uum eius vel alteri. qz vt d̄r  
 ff. de re. iu. libertas inestima/  
 bilis res est. Qd̄ aut̄ d̄r. Exo.  
 rrij. Si aut̄ nō habuerit vñ  
 reddat venundet̄. Iudiciale  
 p̄ceptum fuit vnde mō nō ob/  
 ligat. Decille. Item si d̄s im/  
 pedit aliquem iniuste ab offi/  
 cio vel beneficio iam obten/  
 to. pura pcurans sibi auferri

ex aliqua sinistra causa vel fal/  
 sa tenet ad satisfactionem d̄ co/  
 to s̄m Tho. z Richar. in. iij.  
 dist. xv. secus si iuste hoc pro/  
 curat. quia meret̄ p̄iuari ex d̄  
 sectu suo. Sed si impedit a  
 beneficio consequēdo non te/  
 net ad t̄m̄ q̄ntū est beneficiū  
 sed ad arbitriū boni viri s̄m  
 Tho. z Richar. qd̄ intelligē/  
 dam videtur qm̄ hoc facit ex  
 odio vel malicia. nam si facit  
 vt sibi vel amico suo magis  
 p̄uideretur q̄ illi. puta testa/  
 tor aliquis vult legare. N. et  
 ego rogo q̄ magis leget mibi  
 vel cuidam p̄sone mibi magis  
 dilecte. z ille sic facit. talis s̄m  
 Pet. de pal. in. iij. nulli tenet  
 qz nulli aufert ius suum. nā il/  
 li nullū ius erat acq̄situm. et  
 nemini facit iniuriam qui v/  
 tit iure suo. cuiuslibz em̄ licet se  
 alteri p̄mendare. vt donet si/  
 bi vel leget. p̄cipue cum indi/  
 get. ¶ Item querit̄ vtrum cle/  
 rici teneantur restituere illos  
 fructus quos voluptuose cō/  
 sumūt nō facientes seruitiū  
 in ecclesia. scz non officiātes  
 vel officiādo. R̄n̄ deo s̄m ar/  
 chi. di. xliij. vtiqz tenentur. z  
 hoc tripliciter. Primo ratioe  
 dati. Secundo ratione sacri  
 legij. Tertio ratione odij.

## De restitutiōe liber tertius

¶ Primo rōe dati nā illa bo/na tali ecclie. id data sūt vt of/ferāt pces z sacrificia p ipis q̄ dederūt. z ex residuo alentur paupes. Ad qd̄ facit vbum Hiero. dicētis. Tibi o sacer/dos de altario viuere. nō lu/rurari pmittit. dist. xliij. §. i. z q̄ h̄ nō facit infidelit̄ agit. ¶ Secdo rōne sacrilegij. qz de fraudāt toram eccliam. quaz suis p̄cibus et officijs iuuare deberēt ei pdesse. Un̄ Alex. papa. Ipsi sacerdotes p po/pulo interpellāt. et pctā ppli comedūt. qz p̄cibz suis ea de/lēt. i. q. i. c. ipi. ¶ Tercio rōne odij. qz puocat irā dei s̄ po/pulū Bre. Lū is q̄ displicet ad intercedendū mittit. irati anim⁹ pculdubio ad deterio/ra puocat. dist. xliij. §. i. Qd̄ ve/rū ē qn̄ pplus ē in causa ma/licie sacerdotis. Sz qd̄ si facit seruitiū ecclie. s̄ i mortali pse/uerās. Rū. nō videt̄ teneri de fructibz. z rō est. qz etiaz mali ministri orōnes cōmunes vt officiū z missē. psunt viuīs et defunctis s̄m Tho. i. iij. Sz qd̄ de bonis omīssis. nunq̄d teneēt restaurare totū. Rūdeo s̄m archid. ex q̄litate deberet sibi i iniūgi in p̄nia si posset. s̄ nō ē necessariū. s̄ in b̄ ē p̄nia

arbitraria sicut in alijs. et idē videtur sentire Petr⁹ de pal. in. iij.

Ubi sit fienda restitutio.

Capitulum. iij.

### Quantum

q̄ ad terciū p̄ncipale. s. vbi fienda ē restitutio.

Circa h̄ distinguēdū. qz aut p̄sona cui fienda est restitutio scit̄. aut inq̄rendo sciri p̄t. aut oīno ignozat̄. Si at̄ scit̄ aut inq̄redo sciri p̄t ip̄e vel heres ei⁹ ip̄o mortuo in loco vbi facta est rapina. vsura vel dam/nū. si vterqz ibi est vel vbiqz qz adinuicē se pueniūt credi/tor et debitor. Si autē alter ē absēs a loco vbi facta ē vsur/patio vel damnificatio mit/teēt expensis eius q̄ se absentia uit de loco. Si vero ē absētis cui fienda est restitutio. pura qz mutauit domiciliū mittet sibi rem ablatā vel pecuniaz ip̄e q̄ abstulit expēsis illi⁹ qui habet restituere. Si vero ab sentauit se a dicto loco is qui rem vsurpauit. ip̄e suis pro/prijs expensis transmittet rē vel pecuniam s̄m Hostien. z Johan. an. et hoc p̄ tales mo/dum q̄ non detegatur pecca/tor si peccatum est occultum.

ar. ij. q. i. ca. si peccauerit. vel etiam p̄ creditori significari p̄cipue q̄n̄ ē mltū remot⁹ a debitorē occulte v̄l maifeste fm̄ q̄ expedit z fm̄ q̄ creditor ordinat. v̄l de mittēda illa re v̄l reseruāda v̄l aliter danda sic agat debitor z liber erit. Si aut suo p̄po motu rem illā destinaret seu pecuniā debitor. z in via p̄iret vel auferret sibi periret ei q̄ ad h̄ teneret ad satisfaciendum fm̄ Jo. in glo. Tū etiā si sperat cito v̄tur⁹ ad locum p̄t sibi rem seruare. Et fm̄ Tho. Hostiē. et Jo. an. in edē sacra deponere. vel alio tuto loco. Aut si res est parui valoris. et creditor distans multū z abundās fuerit. p̄t etiā fm̄ Huil. p̄ aia ei⁹ paupibus erogari. Si vero ignorat nec p̄quiredo inueniri p̄t cui restitutio fieri debet. tūc erogāda est res ablata v̄l p̄ciū ei⁹ paupibus p̄ aia illius ī loco illo vbi facta est vsura rapina vel damnū. vel in loco ī quo habitat is cui fienda est restitutio. Et h̄ ideo quia melius est q̄ vicini inde sentiat comodū q̄ extranei. tum etiā q̄ verisimile est ibi repiri dānum passum vel heredē eius Ita notat Host. Johā. an. et

Jo. de ligna. Tū saltē fiat talis erogatio ad arbitriū dyocesanani loci vbi factū est dānū v̄l rapina fm̄ Ray. Si tamē comode fieri nō posset in dicto loco cum h̄ nō sit necessariū. p̄t tūc z debet alibi fieri. fm̄ Huil. Sz z b̄tus Tho. ī h̄mōi casu nil dicit de loco de terminato. s̄z q̄ p̄ aia illi⁹ cuius res erat debet paupibus erogari. Unde z D. Hugo peritus in vtroq̄ iure. et frater Clarus dicebant q̄ cum pauperes sint vt vnū membrum in corpore ecclesie. nec ab hac v̄nitate sequestrentur p̄pter locoz distantiam. sufficit si restitutio incertoz detur quibuscunq̄ paupibus etiam alterius puincie. q̄ vbi facta est rapina vel damnū. z marime qui sunt pauperes christi et vtiliores ecclesie dei z salutū animarū et ex hoc apparet q̄ locus nō est de necessitate restitutionis sed de cōgruentia. Idem tenet Fede. de senis. c. xxxij. operis sui. Usure tamen incerte extorte p̄ manifestos vsurarios quō debent restitui. et in quo loco. z p̄ quē dyocesanum. habes i. ij. parte summe. ti. i. ¶ Quāntis enim quod habetur in isto. §.

## De restitutōe liber tertius

nō ptineat ad vbi. sed magis ad qd. tamen hic notabilr q̄rif vtz fideiussor possit repetere a d̄bitore vsuras q̄s p eo soluit creditori penes quē p ip̄o d̄bitore incessit. Ad qd̄ Rūdet Lau. q̄ Jo. an. in qō ne sup mercuriali. in regla dā nū. de re. iu. in. vi. hanc qōnē explanat notabilr. z ex ei⁹ p̄ctis elicit. xi. conclusiōes. q̄z prima est talis. Non recipit fideiussor a d̄bitore obligari onē scienter contradicente vsuras suo solutas d̄bitori. n̄ etiam sorte nec qd̄ aliud iuti liter impensum. plus est eniz cōtradicare q̄ q̄ n̄ consentire extra de symo. cap. sicut tuis. Scōda p̄clusio ē nō repetit a d̄bitore sciente z patiente. s̄z nō mādante obligatiōz fideiussor vsuras vel in debitum solutas. vel solutū creditori. z sibi ip̄tetur q̄ se obrulit. extra de regu. iu. c. bona fides. i. vi. repetit tñ sorte in debituz qd̄ soluit. Tertiap̄clusio ē. n̄ repetit a d̄bitore sciēte z mādante ip̄m obligari pro sorte tñ fideiussor soluens vsuras tū qz fines mandati recessit. tū quia ad illas obligatus n̄ erat Quarta conclusio est. nō recipit a d̄bitore fideiussor v

suras sciente z mandante ip̄z in oēm casū. vel simplicit̄ obligari siue fideiubere. patz. qz in generali mandato non inclusit indebitum de quo veri similiter in specie non mādasset. c. in generali. de re. iurif. in vi. Quinta conclusio est. repetit a d̄bitore sciente et mādante ip̄m p vsuris. cum sub nomine sortis inclusit eas. vt ē moris obligari siue fideiubere ip̄e fideiussor vsuras. qm̄ iuste credere potuit illam sortē totū debitū. n̄ p̄sumere debuit illud debitū sub noie sortis p̄mittere. extra de p̄sū. ca. qz v̄siflr. Sexta p̄clusio ē. repetit a d̄bitore sciente et mādante noiatiim p vsuris fideiuberi ip̄e fideiussor creditori solutas si iurauit illas soluere. z ista est cōis opinio. extra de fideiuf. c. ij. z istam opini. approbat Johan. an. hz tñ fideiussor optionē soluendi v̄l absolutiōez petēdi sicut h̄ret d̄bitor. Septia p̄clusio ē. repetit a d̄bitore etiam noiati mandante. p vsuris fideiuberi ip̄e fideiussor vsuras creditori solutas. etiam si non iurauit creditori illas soluere. Si ip̄i fideiussori d̄bitor i dēnitatem iurauit. dūmodo

alias ppter pignora datavt a  
 liā cām debitori fuit expedies  
 vsuras solui. c. puenit. extra d  
 fideius. Octava conclusio ē. nō  
 repetit a debitore sciēte 7 mā/  
 dante noiātim p vsuris fide  
 inberi ipse fideiussor creditori  
 sponte solutas. si non iuravit  
 creditori illas solvere nec de/  
 bitor iuravit fideiussori indē/  
 nitatem. nec expediebat debi/  
 tori ppter pignora data vel  
 aliam cām ipas vsuras solui  
 7 hoc de iure fori. Sed opio  
 theologoz q̄ fm Jo. an. ml/  
 tū fauet equitati ē qvrgat d  
 bitor ad soluenduz in foro cō  
 scie. de re. iur. c. scienti. lib. vi.  
 Non conclusio est. non repetit  
 a debitore sciēte 7 mandāte  
 noiātim p vsuris fideinberi  
 ipse fideiussor vsuras credito  
 ri coacte solutas si nō iuraue  
 rit creditori illas solvere nec  
 debitor iuravit fideiussori in  
 demnitatē. expediebat de  
 bitori ppter pignora data vt  
 aliā cām vsuras solui. si fuit  
 ipse fideiussor in culpa vt qz  
 nō excepit. sec? si nō fuit i cul  
 pa. Decima conclusio ē q̄ in oī  
 cāu q̄ p̄t a debitore fideiussor  
 vsuras repetere. dz itelligi si  
 nō inuenit fraus p̄sone ad p  
 sonā. s. stituentis ob h̄ fidei

ussorē. extra de p̄uile. c. q̄nto  
 Undecima conclusio ē q̄ in oī  
 casu q̄ p̄t a debitore vsuras  
 repetere fideiussor poterit il  
 las repetere a creditore cui  
 soluit. ff. mādati. l. si fideiussor  
 §. in omnibus.

Per q̄s dz fieri restitutō

Capl m. iij.

## Quantum

q̄ ad q̄rtū. s. p̄ q̄s dz fie  
 ri restitutō. p̄mo dōz  
 ē de incertis. scdo d̄ certis. Que  
 rit q̄ vtrū restitutio incertoꝝ  
 debeat fieri p̄ eū q̄ h̄z restitue  
 re. vel p̄ aliū cui p̄miserit. aut  
 solū p̄ dyocesanum. Rñ. cir  
 ca hoc sūt varie opinōes 7 d̄  
 rie. Hostien. sup. c. cum tu. d̄  
 vsu. 7 in. c. cū sit. de iude. 7 in  
 sū. sua. de pe. ca. si iuxta finem  
 tenet q̄ vn? d̄ casibz p̄tinenti  
 bus ad ep̄m ē restitutio male  
 ablatoꝝ icertoꝝ. qd̄ etiam te/  
 net Jo. an. extra de pe. 7 re. in  
 c. si ep̄s. in glo. li. vi. Et in. c.  
 p̄ctm. de reg. in. li. vi. Ad qd̄  
 videt̄ facere qd̄ h̄f. rñ. q. i. c. p̄  
 cipim?. Addūt etiā aliq̄ q̄ h̄  
 tenet hāc rōnē. Cū h̄mōi bo  
 na incerta sint p̄ aiabz eoz q̄z  
 fuerūt fidelr disp̄sanda. ac p̄  
 p̄ns sint ad diuinū cultū co  
 ip̄o et sustentatiōem pauper.  
 p̄ s



## De restitutōe liber tertius

ordinata. Sol<sup>o</sup> at eccl<sup>ie</sup>astic<sup>o</sup>  
platus sit rector: z moderator  
diuini cul<sup>o</sup>. z pater pauper.  
et disp<sup>o</sup>nsator rerū diuino cul/  
tūi ordinandaz. vt patet dis/  
lxxxvij. c. diuine. z i mltis alijs  
ca. Jo fm iudiciū ei<sup>o</sup> debita  
incerta sūt p eū dispensanda.  
Archi. aut in qdā q<sup>o</sup>stione di/  
sputata p eū. z in rosario. xiij  
q. v. c. nō sane tenet Friū. z di/  
cit sniaz Hosti. circa hec sup<sup>o</sup>  
dicta esse verā in casu vbi nul/  
lus deputat<sup>o</sup> est a testatore q<sup>o</sup>  
h<sup>o</sup> exequat. vt. xij. q. ij. c. de lai/  
cis. Tbi vero certa psona de/  
putata est a testatore. illa pso/  
na d<sup>o</sup>z ereq<sup>o</sup>. vt in di. ca. de laic<sup>o</sup>  
extra de testa. c. tua. immo cre/  
do q<sup>o</sup> ip<sup>o</sup> raptor incerta q<sup>o</sup> de/  
bent paupib<sup>o</sup> erogari. p<sup>o</sup> ipse  
paupib<sup>o</sup> erogare absq<sup>o</sup> licētia  
vel autoritate epi. vel alteri<sup>o</sup>  
iudic<sup>o</sup> eccl<sup>ie</sup>astic<sup>o</sup>. vt sac<sup>o</sup> col/  
ligit in d. c. cū tu. Et h<sup>o</sup> innu/  
it etiā clare glo. i. c. sic dignū.  
d<sup>o</sup> homi. s. eos. Nec obstat. c.  
cum sit. de iude. p q<sup>o</sup> probat  
Hosti. suam opinionē. Nam  
illud. c. loquit<sup>o</sup> de iudeo. non  
de christiano. cuius actus v<sup>o</sup>  
dispensatio merito habet su/  
specta ab eccl<sup>ie</sup> q<sup>o</sup> ad christi/  
anos. ideo iuste z bene dicit  
ibi fm puidentiā dyocessani.

q<sup>o</sup> suspitio cessat in christiano  
et sic nō dubito q<sup>o</sup> eps nō ha/  
bet se intromittere de talibus  
Hec archi. Jo. d<sup>o</sup> ligna. idem  
sentit: z post adducit hāc rō/  
nē. Qui in debitū extorsit ob/  
ligat<sup>o</sup> est ex maleficio v<sup>o</sup> q<sup>o</sup> si il/  
lis q<sup>o</sup> extorsit. si extant. als  
paupib<sup>o</sup>. Et reg<sup>o</sup>la h<sup>o</sup>z q<sup>o</sup> debi/  
tor p<sup>o</sup> se p absolutōez liberare  
insti. q<sup>o</sup> mo. tol. ob. p totum.  
Tu q<sup>o</sup> dicit<sup>o</sup> Friū da mihi ca/  
sum exp<sup>o</sup>sum s<sup>o</sup> regulā. nec est  
verū q<sup>o</sup> sit i d. c. cū sit. q<sup>o</sup> nō lo/  
quit<sup>o</sup> in christiano s<sup>o</sup> in iudeo  
vt dicit<sup>o</sup> Archi. Hāc opinionē  
seq<sup>o</sup>t<sup>o</sup> Pau. zeñ. et Be. sup cle/  
men. i. de puil. Hoc etiā con/  
suluerūt Jo. cal. et Recupus  
S<sup>o</sup> d<sup>o</sup>ns Hugo vtriusq<sup>o</sup> iu/  
ris pitus. z frater Clarus. vt  
h<sup>o</sup> in qdā summula p<sup>o</sup>corda/  
uerūt i h<sup>o</sup> q<sup>o</sup> nullū ius exp<sup>o</sup>sum  
h<sup>o</sup> dicit. nec i decret<sup>o</sup> nec alibi.  
nisi q<sup>o</sup> e<sup>o</sup>pus est pcurator pau/  
perū. Illud vero adaptat<sup>o</sup> q<sup>o</sup>  
p<sup>o</sup> pcurare de suo pprio si h<sup>o</sup>z.  
vel de bonis eccl<sup>ie</sup>. i. de fructi/  
bus vel alijs modis. S<sup>o</sup> q<sup>o</sup> a  
sacerdotes simplices sunt im/  
periti p maiori pte. epi vero  
reputant<sup>o</sup> sufficientes in scia.  
Hinc inoleuit q<sup>o</sup> hmōi resti/  
tutiones remittunt<sup>o</sup> ad epos.  
Unde si p<sup>o</sup>fessor pit<sup>o</sup> sit. z sci/

at in hmoi sufficiēter psulere  
 nō ē necesse remitte ad epōs  
 hec ibi. et in hac snia est Joh.  
 mo. Hoc etiā inuuit Innoc.  
 extra de immunita. ec. c. quia  
 pleriqs. ar. xij. q. iij. c. si q̄s ro/  
 mipetas. Eld rōem supius in  
 ductā p alia opinione posset  
 r̄nderi q̄ q̄uis ep̄i r̄ plati sūg  
 dispensatores rerū datarū ec/  
 clesijs. nō t̄n sequit̄ q̄ sint di/  
 spensatores oīm q̄ fm̄ deum  
 sunt in diuinū cultū r̄ in pau  
 peres erogāda. s; solū in diuī  
 nū cultū iam ordiata. vt red/  
 dit̄ eccl̄iaz r̄ hmoi. Nā si es/  
 sent dispēatores erogādorū  
 oīm fm̄ h̄ eēt etiā dispēato  
 res oīm superfluoꝝ q̄ diuites  
 ex diuīo p̄cepto deberēt pau/  
 pib; erogare. qd̄ a nllō p̄cedi  
 tur. S; r̄ Tho. ij. ij. q. lxij. di  
 cit. q̄ si ille cui d; fieri restitū/  
 tio sit oīno iḡrus d; ei restitui  
 sic̄ p̄t. s. dādo i elemosynas p  
 salutee. siue sit mortu; siue  
 sit viuus. p̄missa t̄n diligenti  
 inq̄sitōe eius. r̄ de autoritate  
 ep̄i nihil dīc̄ Scotus in. iij.  
 di. xv. dicit. si q̄ras p̄ cui; ma  
 nus debeant talia dispensari  
 si incerta. R̄n. q̄ nō inueni q̄  
 necessario sit determinat; me  
 diator ista paupib; dispēsan/  
 do. Videt̄ at̄ mihi q̄ p̄ seipm̄

psilio nihilominus boni viri  
 p̄t h̄ paupib; erogare. q̄a tali  
 mediatori ad dispensandum  
 tribui posse de cuius fidelita  
 te p̄sumeret et nō sibi appro/  
 priaret vel in alios vsus con  
 uerteret q̄s deberet. Tū vbi  
 lex diuina vel ecclesiastica nō  
 ligat seq̄nda est rō naturalis.  
 Illa aut̄ dicitur q̄ q̄ tenet resti  
 tuere magis h̄ faciat p̄ se q̄ p̄  
 aliū. nō excludēdo t̄n p̄ h̄ con  
 siliiū boni viri. s; includendo  
 Nec scot;. Quidā alij faciūt  
 circa h̄ distinctionē. videlicet  
 q̄ntum eoz in q̄b; cōpetit re/  
 petitio. vt furto. rapina. vsu/  
 ra. fraude. et hmoi dispēatio  
 i certoz p̄tineat ad ep̄m. S; r̄  
 alioꝝ vbi nō competit repeti  
 tio. et si erogatio fienda ē pau  
 perib;. vt in ludo et iniuste ac  
 ceptis a iudice p̄ iudicando.  
 vel a teste p̄ testimonio. a me/  
 retrice p̄ fornicatōe. et hmoi.  
 qlibet p̄ se possit dispensare.  
 vel cū psilio cōfessoris. Ego  
 credo scd̄az opinione sc; Ar/  
 chi. et seq̄ciū oīno verā r̄ sim  
 pliciter. excepto vno casu. vi  
 delicet in incertis publicoꝝ  
 vsurarioꝝ. quem casum non  
 dubito omēs illos excepisse  
 intendere. quia ibi expresse et  
 clare ius puidit. vt scilicet per

## De restitutōe liber tertius

dispensationem dyocesani ta-  
lia incerta determinentur et di-  
spensent. extra de vsu. c. q̄. q̄.  
libro. vi. vbi tradit forma de  
hmoi. de q̄ hēs in. ij. p̄. sum.  
ti. i. In hoc ḡ cān t̄m p̄t intel-  
ligi illud q̄ dicit p̄ tertiā opi-  
nionē. s. in vsuris publicis i/  
certis. Et si q̄rat vtrum ep̄s  
possit per sua synodalia h̄ sta-  
tuere. vt. s. sibi retineat dispen-  
sationē incertoz. et alijs n̄ pos-  
sit se intromittere. Dicit in h̄  
Jo. deligna. sup. ca. cū sit. de  
vsu. q̄ q̄cqd dicit Jo. an. du/  
biū est an possit. et Johā. cal.  
in q̄dam p̄cilio dicit expresse  
q̄ nō p̄t. Hugo et frat̄ Clar<sup>o</sup>  
dicūt q̄ nō p̄t ep̄us excōdicare  
de iure sacerdotes q̄ se intro-  
mittūt de dispensatiōe incer-  
toz. Quantū ad scōm p̄ q̄s  
d̄z fieri restitutō certoz bono-  
rū. Ad q̄ r̄ndet q̄ p̄ eum q̄  
abstulit seu recepit vsuras seu  
male ablata p̄t etiā et p̄ quācū-  
q̄ aliā p̄sonā facere. in h̄ enī  
vera est regula iuris. Qui p̄ a-  
liū facit p̄inde ē ac si p̄ seip̄m  
facere videat. de re. iu. lib. vi.  
Si t̄m viciū vsure furti rapi-  
ne vel alterius damni est oc-  
cultū. et restitutio occulto mō-  
p̄ se vel p̄ alium fienda ē vt n̄  
detegat p̄sona. ij. q. i. si pecca-

uerit. Caueat etiam diligens  
q̄d p̄ aliū facit ita caute faciat  
vt recipiat q̄ debet et non ille  
sibi retineat. qz non essz p̄ h̄ li-  
beratus. nec confidat de con-  
fessoribus nec p̄dicatoribus  
nec questuarijs q̄ querunt pe-  
cunias n̄ aiāz salutē. Et si is  
q̄ rapinā vsurā v̄l fraudē fec-  
nō restituat. cuz heres teneat  
ad oīa onera defecti inq̄ntū  
sufficiat hereditas. teneat et ip-  
se facere dictā restitutōz. d̄ v/  
su. c. michael. et eadē rōne he-  
res heredis. et sic in infinitū  
cū scit ab eis hereditas obli-  
gata ad restōz p̄pter vsuras et  
rapinās et dāna p̄orib<sup>o</sup> facta. et  
vbi nō sufficeret hereditas ad  
satisfaciendum tenentur lega-  
tarij et donatarij. quia legari.  
nec donari potest alienum.  
nec excusarentur heredes sci-  
entes vel dubitantes vel me-  
rito dubitare debentes ex pu-  
blica fama vel ex scripturis  
vel ex fidei relatu testatorum  
illicitos fecisse tractus vel  
vsurarios. ex hoc q̄ null<sup>o</sup> po-  
nit querelam super hoc. vel  
postulat aliquid ab eis vt de/  
bitum. Sed debent dili-  
genter inquirere veritatem  
quaz possunt. Et si q̄dē inue-  
niunt sic esse notificent. vel

notificare faciant illis q̄b̄ de  
 bent se offerentes ad restituti  
 onem. 7 si nō inuenirent pau  
 perib̄ erogādo. al's esset i eis  
 ignorātia crassa q̄ nō excusat  
 dis. xxxvij. §. si. 7 q̄uis defun  
 ctis non p̄sit illa restitutio si  
 decesserint impenitentes. p/  
 dest t̄m imo necessaria est ip̄is  
 heredib̄ si volūt saluari. q̄ n̄  
 remittit p̄ctm̄ rē. de re. iur. li.  
 vi. Si aut̄ licitā artē exerce  
 bat vel p̄rimonialia t̄m habe  
 bat testator. nec apparet ex fa  
 ma vel scriptis de illicitis p̄/  
 ctibus seu alieno p̄sumere de  
 bēt eū iuste acq̄sisse. q̄ nemo  
 iudicand⁹ est i memor. p̄pe sa  
 lutis 7 divini amoris. i. q. vij  
 c. sancim⁹. 7 p̄cipue in mortis  
 articlo. Itē nota q̄ d̄t Host.  
 in sum. tit. de usu. q̄ si aliqua  
 honesta persona. puta sacer  
 dos vel ep̄s tractet inē debi  
 torē 7 creditorē de satisfaciē  
 do. 7 dicat creditori tal' medi  
 ator. t̄m facias tibi reddi si ex  
 corde residuū remittas. n̄ de  
 cipias me. q̄ mediator sum.  
 nec debitorē cui⁹ aie salutem  
 q̄ro. 7 n̄ det creditor se ex toto  
 corde liberare ip̄m debitorē.  
 q̄re nō dicam eū liberatum  
 nō video. nec curo q̄litercun/  
 q̄ sit satisfactū. d̄mō sit satis

factū ei. Si q̄ mouent in Fri  
 um h̄ faciūt in odiū vsurario  
 rū. Si q̄s em̄ ex alia cā alij i  
 iuriē. eādem h̄ admittet q̄li  
 bet theologus q̄ concordia i  
 ter ptes possit tractari. 7 pars  
 eius qd̄ deberet ex pacto re/  
 mitti. al's titulus d̄ trāfactis  
 inutilis esset. 7 q̄re n̄ idē d̄ vsu  
 ra. D̄m ergo 7 tenendū q̄ p̄  
 cibo possit vl' iussu iudicē vel  
 pacto p̄tuz remissio fieri. et  
 sic dicā vsurariū absolutum.  
 hec Hostiē. Que q̄dem itelli  
 go p̄a eē i foro p̄tēioso. n̄ i fo  
 ro cōscie. vel etiā i foro p̄scie  
 q̄tum ad ea q̄ dubia essent.  
 vtrū deberent dari vel nō. q̄  
 rōnes sūt ad vtrāq̄ ptem vl'  
 cū dubiū est q̄tum debeat sa  
 tisfacere p̄ dāno dato. Et ad  
 hoc faciūt rōnes q̄s facit ipse  
 Hostiē. Sed vbi certum vl'  
 clarū ē debitū vel rōne vsura  
 rū vel alteri⁹ vsurpatōis ni  
 si debitor liberalr remittat il  
 lud qd̄ remittit. etiā si de mil  
 le tantū decez remitteret. si h̄  
 facit q̄ putat se alit' residuū n̄  
 posse h̄re nil valet illa remis  
 sio facta etiam publico pecca  
 to q̄ ad aīam. Unde cuz mer  
 cator infortunā passus fallit  
 7 occultat multa d̄ bonis su  
 is mobilibus. vt nō pueniāt

## De restitutōe liber tertius

ad man<sup>9</sup> creditor. 7 qrit ppo  
ficiōem cū eis d̄ mino: i qnti/  
tate q̄s debeat. pura cōuenit  
r̄ndere singul̄ creditorib; ad  
rōnem. xv. solidoz. p̄ libra. cū  
tū posset totū dare vel cedere  
bonis. cui p̄positiōi assenti/  
unt creditores. 7 ita recipien/  
tes liberāt eū de residuo. cuz  
illi non sponte s; coacte fece/  
runt illā remissionez. volētes  
illa pte potius carere q̄ toto.  
qn̄ imo 7 si cederet bonis to/  
talit̄ nihil sibi refuādo. 7 nō  
sufficiūt bona illa ad satisfā/  
ciendū. si postea puenit ad  
pinguiozē fortunā tenent de  
residuo. de solu. c. odoardus.  
¶ De dānis datis tēpe guerre  
ad iuicē int̄ ciuitates quōet p  
q̄s p̄ fieri restitutio q̄nfaciūt  
pactū cū certis pactis 7 capi/  
tulis. ¶ Nota q̄ in q̄dā sūmu/  
la sic d̄. q̄ q̄uis sint pupilli  
multi 7 absentes q̄ non assen/  
tiūt. 7 forte etiam aliq̄ p̄dicū  
ex puectis q̄ receperunt dā/  
na iniuste. Nec eis est satisfā/  
ctū. nihilominus tū est bo/  
nū pacis q̄ q̄ hūit rēpublicaz  
gerere p̄nt cum p̄sensu maio/  
ris p̄s̄ subiectoz sibi pactis  
pacis subdere. 7 licite relaxa/  
re iuicē dāna data. 7 si fiat re/  
laxatio p̄dicta. tenet 7 valet.

¶ Naz 7 B̄ mō p̄nt etiā p̄ bono  
reipublice sibi talias impōe/  
re 7 h̄mōi q̄s gabellas vocāt  
De bonis s̄o clericoz 7 reli/  
gioz nō p̄nt laici facere re/  
laxatōez: qz nō sūt eoz foro s̄b  
diti. nec d̄ bonis eccl̄iasticis  
p̄mittit̄ eis aliq̄ dispositio. vt  
dis. xvi. B̄n̄ p̄nt tū hoc face/  
re p̄lati sp̄iales terrarū adin/  
uicē de consensu 7 conuenien/  
tia clericoz 7 religiosoz q̄ dā  
na receperūt in guerra. Hāc  
aut̄ relaxatōem q̄ ad laicos l̄  
clericos intelligas de dānis  
datis d̄ rebus p̄sumptis. nā  
res extrātes vt equos p̄anos  
7 h̄mōi q̄ h̄nt sciūt sua nō eē  
vt puta qz bellū iustū non fu/  
it ex pte suoz. vel si iustum ab  
his acceperūt a quib; nō po/  
terāt. ip̄a tenere non p̄nt. vñ  
si d̄nos p̄pos iuenire possūt  
eis reddere tenent. als̄ si non  
inueniunt paup̄ibus eroga/  
re. ¶ Idem videt̄ d̄dm̄ si d̄ iu/  
sticia belli dubitat̄. nam vbi  
clare bellū iustum ē res acce/  
pte efficiunt̄ capiētū. dis. i. c.  
ius militare. q̄ tū debēt iinter  
eos p̄portionabil̄ distribui  
per duces belli. vt xxij. q. v.  
c. dicat. nisi p̄ publicum edic/  
tum datum sit vnicuiq; qd̄  
capit. Paup̄ez autē innocē

tum uo uidef tutu bona au-  
ferre. cu sint sine culpa. nisi sb  
fit ca. cu sit aliqs puniendus  
de reg. iur. li. vi. Pena tn tpa  
li frequet punif vnus p alio  
diuersis de causis. vt. l. q. iij.  
¶ De tutoribz. curatoribz ne/  
gocioz alioz gestozibus filiis  
familias z hmōi. q extorsit  
vsuras vel fecerunt rapinas  
fraudes z dāna nomine. alie/  
no. s. p pupillis. patronis vl  
patribz suis. nil tn eoz puenit  
ad eos. sed ad pupillos dños  
vel ptes eoz querit vtrū per  
eos possit et debeat fieri resti-  
tutio ipis pupilis vel ptribz  
seu dñis nescientibz z inuisis  
de bonis eoz ad qs puenit  
talit extorta. Rñ. dicūt qdaz  
indistincte q sic in foro pscie  
dñmō nō imineat inde picu-  
lū vite conscie vel fame si de/  
pbenderet aut scandalū seqt  
puta qz aliqs credit furatus  
fuisse illa q innocens ē z hu-  
iusmōi. tales ei vt dicūt illi nō  
pvertūt furtū occulte illa reci-  
pietes. cū pecunia fructus vl  
p rapinas z fraudes habita  
nō sint eoz. Et rō ē cū p effica  
cē cam pdictoz. s. tutorz cura-  
toz z hmōi. z p intermediū il-  
loz tale iniustū lucrū deuenit  
ad manus pupilloz. pfo-

noz vel patrū. z ad restitutōz  
sunt obligati isti mediatores  
iustū eē uidef. vt q cā illoz in  
iuste ablata sunt nunc iuste  
lniam habeat illa satisfacere.  
ne ipi de ppo satisfacere tene-  
ant. ar. ad hoc de reg. iuris. v/  
bi dicit Lbrif. Omnis res p  
quascunqz cās pbiur p cas-  
dem dissoluit. ppterea ad ha-  
gendū pdicti tenent. z i h ge-  
runt vtilem curam sui. z illo-  
rum qui iniuste detinent alie/  
na. Alij aut pfectius z equis  
rñdent p distinctionem. vitz.  
qz aut tales adhuc hñt māi-  
bus administratiōez rez illo-  
rū aut nō. z in pmo cāu pñtz  
debent restituere de bonis il-  
loz ad qs puenit lucrū. qd ha-  
bent p manibz si nolūt rema-  
nere ipi obligati ad satisfaciē-  
duz de suo. Et hoc sine occul-  
te siue manifeste cum sufficiē-  
ti cautela. vt ab ipis nō pos-  
sit postea repeti. Et ad hoc  
videtur facere ratio prime o-  
pinionis cum regula illa. om-  
nis res. Si aut non habent  
amplius administrationem.  
tunc subdistingendum ē. qz  
aut pdicti tutores pcurato-  
res z hmōi nō pñt illa restituere  
de suo. puta quia paupes  
sunt aut pñt. z si non possunt

## De restitutōe liber tertius

sufficit q̄ denunciēt p̄ncipa  
lib. p̄ q̄b̄ fecerūt vsuras. frau/  
des ⁊ h̄mōi. si ignorāt quo/  
mō fecerūt p̄ eis talia illicita  
lucra q̄ ad eos deuenerūt. vñ  
et obligati sūt ad restōem ⁊ si  
nō satisfaciūt ip̄i p̄ncipales  
habeant p̄positū satisfaciēdi  
de suo cū poterūt. Ad accipi/  
endū aut̄ occulta a p̄dict̄ ad  
h̄ non tenet. nec dñt. Et rō ē.  
quia q̄ ad se excusati sunt a re/  
stitutione rōne impotētie. vt  
xiiij. q. vi. c. si res. q̄ ad illos p̄  
q̄b̄ fecerūt vsuras vel frau/  
des auferēdo ab eis occulte.  
p̄ hoc non p̄uidet̄ saluti eorū  
cū remaneāt obligati in con/  
scia. ex q̄ sciūt talia fore facta.  
nec velint satisfacere. ⁊ sic nō  
dissoluit̄ peccatū. vel obliga/  
tio quo ad estimationem eo/  
rū. Sed nec p̄t̄ q̄s a p̄uata p̄  
sona cogi ad restitutionē ma/  
le ablatōz. nisi p̄ iudicē eccle/  
siasticū vel ciuilem. nec videt̄  
bñ posse excusari a furto. cuz  
p̄ctet rem alienam iusto dño  
cū in vsura trāsserat̄ dñium.  
p̄ h̄ etiā se exponit multis pi/  
culis. Si aut̄ tales mediato  
res de quib̄ dictū est p̄nt̄ re/  
stituere. cuz illi ad q̄s extorta  
puenerūt nolūt restituere qui  
p̄ncipalit̄ obligant̄ p̄nt̄ pete/

re humiliter nō p̄ coactioneꝝ  
vel fraudem a creditorib̄ vsu/  
rarū. vel fraudum remissionē  
cū penes eos non remanserit  
pecunia fenebris. ⁊ illi qui eā  
habuerūt remaneant p̄ncipa  
liter obligati. q̄ remissioe ob  
tenta libere ⁊ sponte amplius  
nō tenebunt̄. sed tm̄ p̄ncipal̄  
nisi ⁊ eis fieret remissio. q̄ si  
remissionem facere nō vellent  
tenet̄ satisfacere de suo. ⁊ tūc  
vsq̄ ad q̄ntitatē solutam. p̄ il  
lis poterūt occulte accipere de  
bonis eoz. si al̄s p̄ viā iudi/  
cij habere nō p̄nt̄. ita tm̄ q̄ nō  
sequat̄ scandalū vel piculū q̄  
sp̄ vitanda sūt. Ubi aut̄ me/  
diatoꝝ talis sic satisfecit. debz  
p̄ aliquoz modū cautū decla/  
rare illi q̄ sciebat se obligatū  
ad illud amplius non teneri.  
vt puta si dicat se non curare  
ab eo illa recuperare. quasi ac  
si donasset. vel declarare here  
dibus suis q̄ nō recipiant a  
tali p̄sona aliquid vt debituz  
pro tali causa. ⁊ huiusmodi.  
Bona em̄ fides non patit̄ vt  
semel exactum bis exigat̄. de  
regulis iuris. li. vi.

*Lui fienda sit restitutio.*

*Capitulū. v.*

### **Quantum**

ad qntū. s. cui fienda ē restitu-  
tio seu datio rei ablata v'l als  
illicite acq̄siste. Pro sūdāme-  
to notāda est distinctio quas  
pōit Tho. ij. q. xxxij. dicēs.  
Triplr p̄t aliqd esse acq̄sītū.  
Uno mō qz id qd acq̄rit illi-  
cite debet ei a q̄ acq̄sītū et ex-  
toritū est. z siue nō trāfferatur  
dominiū illius rei in accipiē-  
tem vt in furto z rapina. siue  
transferat vt in vsura. tñ com-  
petit repetitio. Secdo mō d̄r  
aliqd illicite acq̄sītum. ita qz  
ille qui illicite atq̄sītū. nō p̄t  
illd retinere. nec tñ debet illi  
a q̄ acq̄sītū. qz ille n̄ iusticiaz  
dedit. z ille n̄ iusticiā accepit.  
vt in symonia z silibz. in qui-  
bus ip̄a datio z acceptio ē n̄  
legē. Tertio mō d̄r illicite ac-  
q̄sītū. nō qz ip̄a acq̄sītio sit il-  
licita. sed illud ex q̄ acq̄rit ē il-  
licituz. ex q̄ transferē dñiū.  
nec p̄petit repetitio. vt in me-  
retricio z hmōi. nam meretrix  
turpiter agit z n̄ legē dei forni-  
cādo. sed ip̄a acq̄sītio v'l da-  
tio pecunie p̄ hmōi illicitis n̄  
ē illicita nec p̄tra legem dei. z  
h̄ p̄pe d̄r turpelucritū. De illi-  
citis ergo isto tertio mō acq̄-  
sitis s̄m Tho. z Ray. potest  
dari elemosyna. z p̄t etiaz re-  
tineri. nisi sup̄fluū p̄ fraudez.

vel dolū mulier extorserit. q̄a  
illud esset restituendū. Et ad  
hoc p̄tinent lucra facta ex hi-  
strionatu illicito. ex duello. ex  
torneamento. ex fertis factis  
de floribz z alijs hmōi. q̄rum  
vsus ē cōit ad lasciuā. ex de-  
cjs factis. ex arte mathema-  
tica seu arte diuinatozia. ex lu-  
cro negociationis. aduocari-  
onis vel medicine in cāu nō  
p̄cesso q̄ ad clericos. in his di-  
xerūt aliq̄ n̄ posse fieri elemo-  
synā. qz vt d̄r Prouer. iij. Ho-  
nora deū d̄ tua suba. Et iterū  
Honora deū de tuis iust' la-  
boribz. xiiij. q. v. c. elemosyna  
z. i. q. i. non ē putāda. S̄z h̄  
nō ē vez s̄m Tho. z Ray. z a-  
lios cōiter. Predicta autē ca-  
pitula allegata hoc intendūt  
qz non licet dare elemosynaz  
de malis acq̄sitis. que. s. d̄nt  
certis p̄sonis restitui. vel qz n̄  
debet aliq̄s aliqd facere illicitū  
vt det elemosynam. Et q̄s-  
uis quidam distinguant vt  
d̄r Buil. qz in his q̄ p̄hibita  
sunt qz mala. z non puniunt̄  
a iure. nisi infamia. vt meretri-  
cium duellum z hmōi. talia  
p̄nt retineri. Sed q̄ mala sūt  
quia prohibita a iure. vt tor-  
neamēta. negociatio q̄ ad cler-  
ricos z hmōi. z talia n̄ possūt



## De restitutōe liber tertius

retineri ad vsum suū. sed dñt paupibus erogari. Licet hec distinctio videat eē pbabilis tñ qz pene sunt restringende non ampliande. 7 q̄ nimis emungit elicit sāguinē. **Beñ.** Credo q̄ in pdictis oīb; casib; 7 silib; bonū est 7 salubre q̄ penitēs inducat ad erogā dñ paupib;. non tñ cogend⁹ ad h. nec si nō velit in h est iudicād⁹ non eē in statu salutis. si nō velit hmōi pñiam agere **Laccipe.** .s. q̄ hmōi lucra pauperib; eroget. nisi in casib; a iure exp̄ssis. vt in symonia. et idem de eo qd̄ dat iudici ad corūpendū cum 7 hmōi. vt infra dicit. fm ergo Thom̄. **Suil. Ray. 7 Inno.** de hmōi d; dari elemosyna debito honestatis 7 cōsilij. non debito necessitatis salutis. 7 sic intel ligit illud. r̄ij. q. v. q̄ habet. **Non ē ġ illud acceptuz** sic restitueudū ei a q̄ acceptum ē. qz in turpi cā melior est cōditio possidentis. ff. de p̄di. ob turpem cām. De illicite acq̄sitis sc̄do modo. vicz cum illud sit acq̄situm non debet ei a q̄ est sic acq̄situm. nec tñ acq̄rens p̄t. p̄ seretinare. Illud p̄t r̄d; de necessitate salutis nō soluz de p̄silio 7 honestate

paupib; erogari. z huius rō a fm Tho. ij. q. lxxij. qz ip̄a datio 7 acceptio est lege pbibita vt in symonia. Quidā tñ extendūt istū sc̄d m modum ad oē lucrū in q̄ p̄mittit p̄ctm̄ i dante 7 i recipiēte nō solum i symonia. sed etiā in pecunia accepta ex adulterio. 7 p̄ vsura cum q̄s accipit mutuū sine cā rōnabili. puta vt amplius dicit. 7 inde soluit vsuras. Illā vsurā vt dicunt q̄ accipit retiere nō p̄t. nec tñ ei d; reddere qui dedit. quia turpiter operatus est dando mutuū ei quem nouerat non idigere. S; Tho. nō dicit h. sed cū datio ē ġ legē. in dicto aut casu datio pecunie p̄ mutuo nō est p̄ctm̄. s; accipe illo mō vsurario mutuū est p̄ctm̄. q̄a dat illi occasionē mali. Unō licet peccet mortaliter sic mutuū accipiēdo. debet tamen potius reddere illi a quo accipit q̄ pauperib; erogare. nisi vbi nō inueniret ille a q̄ accipit. vel etiā si vellet illā vsurā reddere nō vsurario. sed his a quib; extorsit ip̄e vsurarius vsuras pro eo satisfaciendo p̄ illa parte. et tunc debet vsurario significare ne iterum illi restituat. et precipue debet hoc

facere cū licentia epi. vt si di-  
ctus vsurari⁹ vellet ab eo re-  
petere. eps cogat illū desistere  
a repetitōe. ⁊ ex q̄ vtilit̄ gestū  
est negociū ratū h̄re d̄. nō tñ  
teneat ad h̄ sc̄in q̄rere v̄l dare  
bis q̄b̄ debitor est vsurarius  
sed sufficit q̄ restituat a q̄ ac-  
cepit paup̄ib⁹ autem erogare  
nō debet. cū nouit eū a q̄ acce-  
pit. et p̄t ei dare. q̄d expresse  
ostendit Aug⁹. dicēs. Nolite  
facere elemosynas d̄ fenore ⁊  
vsuris. xiiij. q. v. nam cū dat  
paup̄ib⁹ q̄d debet certe perso-  
ne nō liberat a restitutōis ob-  
ligatione ad illā p̄sonā. vt ha-  
betur extra de homici. ca. sic  
dignū. circa fi. Sed in symo-  
nia ip̄a datio ⁊ acceptio pecu-  
nie est phibita. Unde d̄. i. q.  
i. ca. anathema danti anathe-  
ma et accipienti. nec sibi reti-  
nere valet. nec illi reddere qui  
dedit. sed debet de necessitate  
salutis paup̄ib⁹ erogare si p̄t.  
vel illi ecclē in cui⁹ iniuriā da-  
ta est pecunia applicari v̄l ali-  
ter p̄uideri. p̄t h̄es in. ij. p̄t  
sum. ti. i. c. i. Similiter i iudi-  
cio phibitū est iudici v̄l affe-  
soi cū habent certū salarium  
accipere aliqd a partib⁹ p̄ iudi-  
cando vel nō iudicando. vel  
iudicando bñ vel male. ⁊ testi

est phibitū accipere p̄ testimo-  
nio ferendo. Unde August.  
Ideo non debet vendere iu-  
dex iustū iudiciū. aut testis ve-  
rum testimoniū. quia vendit  
a duocatus iustū patrociniū  
et iuriscōsultus verū cōsiliū.  
Illi em̄ inter vtrāq̄ partē ad  
examen adhibent. isti ex vna  
parte p̄sistūt. xiiij. q. v. c. nō sa-  
ne. Qd̄ ergo recipit iudex p̄  
h̄mōi vel testis p̄ se retinere  
nō potest. sed debet restituī il-  
li q̄ dedit. si iuste dedit. puta  
vt iuste iudicaret intendēs re-  
dimere quodāmodo veratio-  
nem suā. Unde Aug⁹. i dicto  
ca. nō sane. Ille solet male si-  
bi ablatā pecuniā repetere q̄  
iustū iudiciū emit qm̄ venale  
esse nō debuit. Sed si pecu-  
nia data fuit iudici ad eū cor-  
rumpendū. vel testi ad falsū  
testimoniū dicendū. v̄l alicui  
ad falso accusandū vel aduo-  
cato ad iniuste aduocandum  
illi datorū reddi nō debet. qz  
turpiter dedit nec sibi retine-  
re debet. sed pauperib⁹ elargi-  
ri. vel illi in cui⁹ iniuriā data  
est. ⁊ precipue si ex h̄ amississet  
iustaz causam. habent̄ hec in  
dicto capitulo. non sane. pro-  
ut ibi notat Joban. an. et Er-  
chid. et. xi. q. iij. ca. qui recte.

## De restitutōe liber tertius

z Inno. extra d' imuni. eccle. qz pleriqz Ray. z Host. in sū. Silt' inferiores officiales vt nunciū missi et hmōi si aliqd extorqunt p improbitatē vt d' nariū puū z hmōi. tenēt pau peribz erogare. z hoc vbi cer tū salariū recipiunt. vt diē gl. in. c. nō sane. Nam cū salariū sufficiens recipiunt. si qua ex torquent debent restituere si est qd notabile. z idem videt dōm de notarijs. camerarijs et hmōi q officio suo exigunt aliqd a psonis. Si ei habēt sufficiens salariū tenent ad res titutiōem eoz que accipiūt. nec videt excusare p̄suetudo cū sit irrōnabilis. ar. xxiij. q. i. c. militare. vel paupibz eroga re. si de facili non pōt inueniri. Si sō salariū nō habe rent vl non sufficiens credo q̄ p̄suetudo excusaret. qz ne mo cogit suis stipendijs mi litare. ar. insup d' his q accipi unt pecuniā ab accusatis veli carceratis anteq̄ pferat snia d' eos vt intercedant p eis z li berent. Sciēdū q̄ si accusati vel incarcerati sūt culpabiles xū z merito pdēnādi. illā pe cuniā nec reddere debent da toribz. qz turpīē dederunt nō sibi retinere pnt. qz turpīē ac

ceperūt impediētes iusticiā. sed debent paupibz ero gari. ar. xxiij. q. v. q̄ habetis. Si sō sunt innocentes z ad redimēdā suā veratiōem de derunt z pcurandā sui libera tiōz. si intercessores eoz sunt officiales salariati. als pecu niā p̄ receptam reddere de bent vel paupibz erogare. ni si data fuisset p modū doni z liberalitatis. z p̄cipue post li beratiōez. qz tūc retineri pos set. ar. i. q. ij. c. sicut ep̄m. z silt' si intercessores nō sunt officia les salariati sed puate p̄sōe la borando p hmōi iusta libera tiōne iuste faciūt. z qd eis da tur iuste retinere valēt. Item de pecuniā data p adulterio p̄misso vl p̄mittēdo. q̄uis q̄ daz dicāt q̄ d' dari nō ei q̄ de dit. nec sibi retineri. sed ei da ri in cui' iniuriā data ē. s. ma rito. si vxor ei' commisit ad ulteriū. ex q̄ pecuniāz habuit videtur q̄ poti' debeat pau peribus erogari. nisi ille mari tus esset paup. qz ppter pau ptatē posset etiam p̄fessor ipsi mlieri tāq̄ paupī dimittere. Et silt' d' viro p̄mittēte adul teriū q̄ ad vxorē caste viuētē z videt eē i hmōi q̄i idē ius si cut z i turpi lucro. vt i mere

tricio. qđ etiā p̄t retineri sic ac  
 q̄sitū. nisi q̄ leges p̄hibēt ad/  
 ulteria 7 puniūt. nō at simpli  
 cē fornicationez 7 meretricia.  
 Sibilomin<sup>9</sup> de pecunia data  
 padulterio nil statuūt sic de  
 pecunia symoniaca . et alijs  
 hmōi. vnde paupibz erogari  
 pon<sup>9</sup> inducēdi sūt. xiiij. q. v.  
 c. nō sane. ¶ De acquisit<sup>9</sup> p lu  
 dos fortune extra illos casus  
 in q̄bz d̄z acq̄sitū p hmōi re/  
 stitui. debēt paupibz erogari.  
 qñq; etiā posset sibi retinere.  
 S; de h̄ s. e. li. ti. i. De illicite  
 acq̄sit<sup>9</sup> p̄mo mō. i. cū debetur  
 illud acq̄sitū ei a q̄ acq̄sitū est  
